UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

40. Monasteriensis desperat liberationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68495

Visual Library

virent. Quod ſi verò pridiè Kalendarum Ju- 1664.
nij, partium Legati non adſint, aut eâ muniti
poteſtate, quam Principibus Ordines præſcri-
pſêre ; haud aliam præſtolatus monitionem
inſiſtat arci expugnandæ.

Chriſtophorus Bernardus, qui ſolâ Cæſaris 40.
& Imperij famâ territos Ordines, nec extre-
ma hujusmodi auſuros, præfidenter nimis
exiſtimârat, errorem ſeriùs dolet. Quodque
ſuum ipſe in *Hungariam* militem præmiſiſſet,
& ſociorum vires expeditione Turcica diſti-
nerentur, ita inermis arcem liberare, aut im-
pedire expugnationem , meritò deſperabat.
Sed & demiratus iſtum ſcribendi non minùs,
quam agendi modum,haud imprudenter col-
ligebat, nihil ſeriò Remp. velle, niſi arcis de-
ditionem arbitratui ſuo. Cum enim decreta
Ordinum, Comitis-Hagâ Monaſterium per-
ferri, indeque Legati, cum poteſtate ad Bata-
vorum amuſſim præſcripta, in Friſiam aman-
dari, & hæc ſpatio dierum omninò quinque
confici deberent, intra terminos impoſſibili-
tatis arctari ſe querebatur. Et novæ ab Or-
dinibus projectæ tranſactioni inſertam eſſe
emptionem bonorum,ne quidem anteà cogi-
tatam : easque pariter obtruſas, ſeu poteſtatis
Legatorum, ſeu acceptilationis componendæ
ſubtilitates, ut cũ intra eã temporis arctitudi-
nẽ vix obſervari omnes poſſent, prompta ſem-
per eſſet occaſio tractatus vel non inchoandi,

Monaſterienſis deſperat liberationem.

De variis dolet

vol

1664. vel abrumpendi. Facturus igitur ex nec-
ſitate virtutem, nonnullos in Friſiam feſti-
præmittit, *Brabeckium* verò & Wiederh-
kium Meppenam ſubſequi mox jubet, &
primi quidem velociter equis vecti, ſub
tum diem, proximè Caſtra, conſpectui Ba-
vorum ſe ſtiterunt. Ab Excubitoribus ſta-
tim denunciati, dum primores circumſta-
rogantque, num offendiſſent alicubi Mo-
ſteriensis Principis Legatos; Illos ipſos re-
ſpondent ſe eſſe. An non igitur, inſta-
cum Caſtrenſibus iſthic Provinciarum De-
gatis colloqui velint. Cum Friſiis, aje-
juſſos ſe agere & hos inquiri. Declinan-
bus ita Caſtrenſes Legatis, nec viſis iſto
ſperi publicæ fidei litteris, nec Apochæ
datæ poteſtatis exemplo, ſub mediæ noct-
horam biduanas inducias decernit *Naſſov-*
expirâſſe.

Præmittit Legatos in Friſiam.

Sed fruſtrà.

41\. Ergò hoſtiliter iterùm diluculò cœptum
agi, tormentisque horrendum quati arx a-
quartum usque diem. Quando potiores
cohortium Præfecti deſperatâ ulteriori de-
fenſione arma ponunt. Nam aquæ foſſis
omnibus depromptæ erant, & valli tormen-
tis lacerati paſſim hiabant, paratique plures
cuniculi irruptionem minabantur. *Elver-*
feldius vacillantes tantiſper erigit, animatque,
donec honeſtas ipſe conditiones paciſcatur.
Petito itaque colloquio, etiam opinione fa-
ven-

Naſſovius Caſtellum capit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN